

tur, cùm serpens noster conspicitur prægnans, ne iustum  
tum pereat maturitas, in nidum dum reponitur, cali-  
dum nutritium cujus virtute exsiccationis portigatus  
immensa susceptibili custodiatur, ne alimento super-  
fluo eandem propriam deglutiat, corruptendo. Quo-  
niam sub consideratione expedit intentio finalis inda-  
gati cum mundationis modo. Intēio Philosophorum  
invariabilis uno ex ore resonet, vim consistere totalem  
humectatione inalterata, cum terreitate subsequen-  
da: & sic finis.

## INTVRBAM PHI- LOSOPHORVM EXER- CITATIONES.

*In quibus occulte quedam, & ad artem  
facientia explicantur.*

### DEFINITIO LAPIDIIS, ET quibus initijis constet.

#### EXERCITATIO I.

RACTATVR de Lapis Philosophorum,  
videndum in primis, quibus initijis, quibūs-  
ve elemētis constet Lapis Philosophorum.  
Consideratione itaque Philosophorum o-  
mnium, Mercurius patet est omnium mé-  
tallorum. Lapis autem Philosophicus est materia me-  
tallica, conuertens substantias & formas metallorum  
imperfectorum. Hanc autem conuersionem non fieri  
nisi per suum simile, iam dudum ab omnibus Philo-  
sophis est conclamatum. Necesse igitur est, Lapidem  
Philosophorum ex metallica materia gigni. Ex qua au-  
tem metallica specie generetur, id sonant omnes Phi-  
losophi, præsertim in hoc libello dicentes: In Mercurio  
esse omne id quod à Sapiētibus queritur. Qua ratione  
enīm eius substantia aut forma illa corporibus adiun-  
gitur, talem suscipit substantiam & formam: & sicut à  
corporibus tingitur, sic & tingit: & sicut caro genera-